

Johann Quistorp Andreas Stalius

Disputatio Theologica In Qua Quinque Quaestiones De Sacramento Coenae Proponuntur Et Exponuntur

Rostochii: Pedanus, 1615

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737588691>

Druck Freier  Zugang



Verk.: A. Sthalin

F. Quistorp.

R. N. Theol. 1615.

55!

Disputatio Theologica
IN QVA QVINQVE QVÆSTIONES
DE
SACRAMENTO
COENÆ PROPONUN-
TUR ET EXPONUNTUR.

Quam

D. O. M. A.

In Academia Rostochiensis

PRÆSIDE

M. IOHANNE QVISTORPIO
S. S. Theol. P. P.

PROPONIT

ANDRÆAS STHALIUS
Rugianus.

Ad diem 7. Januarij.



ROSTOCHII

Excudebat JOACHIMUS PEDANUS,

Anno M. DC. XX.

72

SACRAMENTO

COPIA

LIBRARI

IN

ROSTOCK

ANNO

1700

APRILIS

15

1700

ANDREAS SYLLIUS

ROSTOCKII

1700

APRILIS

15

1700

APRILIS

15



Summa quamvis, apud omnes, Christianum nomen, Spræ se ferentes, debeat esse, Testamenti seu ultimæ voluntatis Domini ac Salvatoris nostri Christi Jesu autoritas. Testamenti, inquam, illius, ex quo ad omnes summa redundat utilitas, fidei fluctuantis oritur firmitas, plena consolationis emanat suavitas: id ipsum tamen ij, quibus in ore Christi nomen est, ceu sunt pontificij & Calviniani ut reliquos taceam, plus quam Scythicâ rabie impugnant, ut piorum nemini non contendum sit, quo illud ab eorum *ερελαίς* vindicetur. Quod & nos pro virium tenuitate, cum Deo acturi, sanæ & Orthodoxæ de Articulo hoc sententiæ fundamenta exposituri, & in præsentiarum doctrinæ solùm Calvinisticæ, de eodem *βδελύματα*, eaq; non omnia, sed præcipua saltem, visuri; rem totam, quæstionibus certis, ex libro Ecclesiarum nostrarum Symbolico, Formulâ Christianæ concordiæ, erutis, includemus, inq; suâ *ἱερό* exhibebimus.

*Sanctifica nos Domine in veritate tuâ, Sermon
tuus est veritas Joh. 17. v. 17.*

QUÆSTIO I.

An verba cœnæ, in controversiâ de cœna Domini, fundamenti loco sint adducenda?

I.



Materia causa indicium esse, in re controversâ attendere nolle, ad sedem materia cujuslibet propriam, quivis bonus & cordatus intelligit.
II. *Qua enim inscitia, ne dicam, vesania est, sententiam dogmatis, in alienis & peregrinis scriptura locis querere, & propriam illius sedem ita relinquere, ut propter præconceptam opinionem, ipsam doctrinam sanam, interturbare & evertere coneris?*

A 2

Quocir-

III. Quocirca & causa non bona, index erit certissimus, cū ad-
versarij nostri Calviniani, in disputatione de presentia corporis &
sanguinis Christi in cœnâ, ipsa institutionis verba subterfugiunt,
altoq; quasi supercilio despiciunt & derident. Unde hac eorum
emergere emblemata: Verba Testamenti Christi, sinistro
tantum oculo inspicienda esse, Strigel. Sic Bullingerus &
Tigurini contra D. Jacobum Andrea fol. 45. p. I. verba cœnæ,
non amplius pro fundamento allegari postulant, quia
sint τὸ κενώμενον. Et Orthodoxus consensus c. 5. fol. 98. p. 1.
Non oportet simpliciter, intueri verba Christi, hoc est
enim carnaliter sapere: sed aliud quippiam cogitare, &
interioribus oculis ea aspicere, tanquam mysteria; Nam
hoc est spiritualiter intelligere. Idem affirmat Piscator in
notis Biblicis super caput 24. Luca, & alij.

IV. Nos vero contra; scientes, de quacunq; fidei articulo, ex
propria sede judicandum esse, norma & principij immediati loco,
agnoscimus in hâc controversiâ Eucharisticâ, verba institutionis,
primò ab Evangelistis, Matth. 26. v. 26. & seqq. Marco 14. v. 22. &
seqq. Luc. 22. v. 19. consignata, & post ab Apostolo Pauloi. Cor. II.
v. 23, 24, 25, iterata.

V. Nam Apostolus, qui doctrinam suam in tertio cælo, ab ipso
Domino acceperat, exoritur in Ecclesiâ, circa sacrum hoc convivium
controversijs, ita hanc doctrinam repetit, ut ne latum unguem
ab illis recedat qua Apostoli super hâc re, ex ore Domini proposue-
rant: quin potius τὸ πῦρ ἐμφανέστερον stabilis, 1. Cor. II.

VI. Et quid? Anne idem in hâc re testamentariâ obtinebit,
quod in civilibus? ubi, cum de legis mente lis est, ipsa legis verba
pensisantur; Si in Testamentis, difficultas seu ambiguitas obre-
pit: qui testamentum ipsum, singulari auctoris introspectit, sin-
gula secundum verborum tenorem accuratissimè ponderat, is ju-
dicatur agere prudentissimè: Quidni ergo & nos, ubi de testa-
mento

mento Christi *lis* orta est, ipsius testamenti, seu institutionis verba, ubi non *περὶ ἑγώ* sed *περὶ ἐγώ*, voluntas testatoris exprimitur, ponderemus diligenter illis q̄ inbareamus unice?

VII. Et prout Salvator, in controversiâ de conjugio, ad verba, quibus illud institutum est, provocat, ex q̄. ijs suam assertionem astruit, Matt. 19. v. 4. 5. 6. Ita nos in hac re Sacramentariâ, vestigijs præceptoris nostri insistentes, pertinaciter ipsis institutionis verbis inbareamus.

VIII. Nihilũ n. est, & inane, quod adversarij, mox in limine quaestionis huius, ronchos ducunt, nos à praesidio verborũ institutionis dejectos, alia ex alijs principijs, unione scil: personali, sessione ad dexterã Dei, causã nostrã corradere adjumenta clamitant; Distinguiamus enim, inter argumentandi genera duo: *κατὰ σκεδάσιν* unum; *ἀνασκαδάσιν* alterum. Cum enim, non tantum Orthodoxa sententia est asserenda, confirmanda, sed & Cacodoxa depugnanda; illud argumenta, quibus thesis nostra stabilitur: H O C, quibus adversariorum *ἀντιπρῶτος*, refellitur, suppeditat. Illic, fundamenti, & unice causã nostrã praesidiũ loco, ab Orthodoxis, ponitur Christi ordinatio, verbis institutionis descripta; quæ est medium *καὶ οὐδεὶς ἐκ τῶν κατὰ τὸν πῶτον*, & *καθ' αὐτὸ*, quod porta inferarum non evertent: Hic vero, quando adversariorum argumenta sunt infirmenda, & refutanda, articulus unionis personalis, & sessionis ad dexteram, in subsidium adhibetur, de quo vidẽ eleganter differentem D. Gesnerum p. m. disp. 10. prohib. concord. c. 3. tb. 28. & seqq.

IX. Nec moramur adversarios, verba institutionis *τὸ κενόμῃρον* esse, ideoq̄ fundamenti loco adduci nõ posse, clamitantes: distinguẽdũ etenim, inter materiale & formale, inter ipsa verba & verborũ sensum. Non ipsa verba, sed sensus verborum genuimus, est *τὸ κενόμῃρον*.

X. Et quid? si verba institutionis, fundamenti loco adducenda non sunt, quia à Calvinianis in dubium vocantur:

annon pari ratione, ne ullus quidem scripturae locus adduci posset
cum ab adversarijs in dubium vocetur? annon sic, unâ quasi
siturâ, omnem scripturam expungemus, & ex authoracum red-
demus? cui impietati, absit ut suffragemur.

QUÆSTIO II.

An verba cœnæ substantialia, sint Tropicè,
an verò literaliter & prout sonant accipienda?

I. Rectè hic distinguimus, inter, verba, quæ in institutio-
ne exprimentur $\alpha\chi\delta\epsilon\upsilon\alpha$, sive facta, ut sunt: *Accipit panem,*
gratias egit, fregit, distribuit; & quæ $\lambda\epsilon\chi\delta\epsilon\upsilon\alpha$, sive dicta
Christi. De illis convenit inter nos & adversarios, & utring-
in confesso est, circa illa $\tau\omicron\ \rho\eta\omega\upsilon$ retineri: de his, dictis puta,
seu verbis Christi dispositivis queritur, An verba hæc Christi
testatoris: *Accipite, comedite, hoc est corpus meum:*
Accipite, bibite, hic est enim sanguis meus Novi Te-
stamenti sensu grammatico, seu secundum literam sint intelli-
genda, an vero tropo modificanda?

II. Ubi nos priorem, firmiter tenemus & propugnamus senten-
tiâ: Calviniani verò, veram ac realem corporis & sanguinis Chri-
sti, in cœnâ, presentiam negantes, verba hæc institutionis, seque-
strant, illorum sensum grammaticum falsant, tropos fingendo,
vocalas torquendo, & tot expositiones verbis his Christi affin-
gendo, ut nec dum inter ipsos, de vero & genuino eorum sensu
convenerit, ut verissimè in illos quadret philosophi illud: *Quod*
multipliciter exponitur, communiter ignoratur.

III. Carolstadius, fax & tuba belli hujus Sacramentarij majori
nostrorū etate, (quamvis Berengarius, semina huius erroris jam
ante sparserit) vocabulum *HOC* arripuit, illudq; ad corpus
Christi mente asidens, detorsit. Hunc reprehendens Cinglius,
ad vocalam *EST* se contulit illamq; per significat interpretatus
est. Idem in Epist. ad Matth. Alberum, vocem *edere*, exponit
per *credere*, ita, ut *edere corpus Christi, nihil aliud sit, quàm*
credere

credere in Christum. Cui tamen sententia contrariatur Calvinus, lib. 4. instit. c. 17. §. 5: Alij vocem Corporis assumunt, & explicant, (potius implicant) idq; variè vel pro Signo corporis Christi, sive Mnemosyno, Job. Piscator Ræß ad Elenchos Busche-ri, cap. 2. p. 475. Sobnius tomo 1. p. 253. vel pro virtute & effici-entia corporis, Calvinus contra Heshusum pag. 98. alij aliter.

IV. Nos vero, fermento tropica modificationis expurgato, τὸ πρῶτον πιά tenacitate insistimus: nil morantes, quod inde dicamur morosi & præfracti literarum exactores, & syllabarum aucupes, à Calvino lib. 4. instit. cap. 17. §. 23. minus sapere quam par est, à P. Martyre in Dialog. contra Brentium.

V. Porro, sic pro verborū, de quibus diximus, genuina proprietate argumentamur: 1. Ad peregrinam aliquam Ἀξίον, (peregrinam dico, non enim tale urgemus τὸ πρῶτον, cuius nulla dari possit Ἀξίον, neq; omnem excludimus Ἀξίον, proprietati Sacramentorum N. T. menti Christi, & analogiæ fidei congruam; sed ejusmodi, quæ cum verbis institutionis expresse pugnat, quæ verbis Christi affirmantibus: Hoc est corpus meum &c. contradictoriam opponit, alienam sententiam affingit, quæ deniq; rem coelestem, ex hoc testamento Christi, submover, promissionem ejus evacuat, qualis Calvinianorum Ἀξίον est) & tropum Sacramentarium, à grammatico verborum sensu deflectendum non est, nisi nos vel ipsa analogia fidei, vel evidens aliqua necessitas cogat. Astipulantur majori huic, ipsi nobis in hâc re adversi Calviniani, quorum testimonium, instar multorum, quæ huc afferrî possent, argumentorum nobis erit. Rectè enim Lactantius lib. 4. cap. 12 Satis firmum est testimonium, ad probandam veritatem, quod ab ipsis perhibetur inimicis. Sic autem illi, in Apologiâ ad acta conventus Torgensis fol. 82. concludunt: Tum demum ad Ἀξίον, est necessario refugiendum, cum oratio τὸ πρῶτον intellecta, sententiam parit:

parit articulis fidei contrariam. Atqui neutrum de verbis institutionis probari potest, Ergo, Assumptionis evidentia patet: I. Nullus enim fidei articulus dari potest, in quem τὸ πῆλον verborum cæna impingat. Elumbe enim & nimis frigidum cavillum id esse, quod subinde ingeminant adversarij, de articulo ascensionis, & sessionis Christi ad dexteram Dei, in ipso disputationis actu οὐκ οἶδ' videbimus. 2. Nullus scriptura locus, (inquit Philip. in Epist. ad Frid. Mycon.) proferri potest, qui cogat interpretari verba cæna allegoricè, neq; usus veteris Ecclesie. TANTUM repugnat verbis absurditas, qua impingit in iudicium rationis, qua non est satis magna causa, cur à verborum Christi literalis sensu discedamus.

VI. Alterū argumentum, persona Testatoris suppeditat, ad quā in examinandis testamentis, omnium primò an habilis illa fuerit, ad condendū testamentū, respici solet. Est autem Testator hic de cuius verbis disceptatur, non homo vulgaris, non Angelus, sed Christus Jesus, filius Dei, os veritatis, χαρῶντις καὶ ἀπάναστος καὶ τῆς ζωῆς τὸ πᾶσι, Heb. 1. v. 3. Ipsissima aeterna veritas, sapientia, omnipotentia; qui & rectissimè, quid & quomodo loqui debuerit, novit, & qua locutus, omnia potentissimè praestare valet, ut sic piorum nemini, causa, cur à literalis & simplicis verborum Christi sensu recedat, ulla supersit.

VII. Tertiò, spectat huc ipsa tēporis conditio, qua tropū in verbis Christi respuit. Quia n. Christus Salvator noster, jamjā exquisitissimum illud mortis supplicium erat experturus, non certè verisimile est, ipsum futurorum certaminum probè consciū, vel studio, vel (ut blasphemè Hardenbergius olim) praemore sui oblitum, obscuro sermonis genere, in definiendo, ecclesie suae salutem maximè concernente Mysterio, uti voluisse.

VIII. Quartiò, interpretationē literalem, tanquā verā, unanims Evangelistarū & Pauli consensus approbat, omnemq; figurarum suspicionem nobis adimit. Mirum enim esset, ne unum ex omnibus

omnibus hisce, Paulum imprimis, qui se nobis OMNE consilium
Dei annunciasse testatur, Act. 20. v. 27. tropum, si quis verbis
Christi inesset, explicasse.

IX. Quintum argumentum, pro τὸ ῥητὸν astruendo, ne-
cimus ex Apostolo 1. Cor. 10. v. 16. cui expressè contradicitur,
si Calviniana illa troporum μιμωροφία introducat. Si
enim panis, tantum est figura, vel significatio, corporis Christi
absentis, non est ejusdem vera ac realis communicatio. Atqui
prius est, juxta adversarios. Id quod partim supra, proprijs ipso-
rum verbis demonstratum, partim in sequenti problemate demon-
strabitur. Ergo & posterius juxta eosdem. At hoc ἄτοπον, ἄλογον.
Plus enim fidei habemus uni Paulo, calicem benedictum commu-
nicationem sanguinis Christi, & panem participationem corpo-
ris Christi esse asserentis, quàm varijs illis, ac tortuosis, humana
rationis labyrinthis & glossematibus.

X. Sextò: addimus tandem, (ut patrum chorus, qui to-
tus noster est, & alia multa pratereamus) τὸ ῥητὸν unam cer-
tam & indubiam gignere sententiam, fidei ἀληθεφωείαν produ-
cere, & firmam hesitantibus asserre consolationem, ut vel hoc no-
mine, rectissimè τὸ ῥητὸν verborum cœna asserendum fuerit,
Ubi contra ab adversarijs nostris, omnis ἀληθεφωεία exulat,
quando sic variant, sic tropos fingunt & refingunt, ut mireris,
quomodo seipso implicent, confundant, jugulent

XI. Quare, ut olim his verbis adultera ejciebantur à
maritis: Res tuas tibi habeto: Sic Tropistis, veritatem adulte-
rantibus, hoc insusurramus: Exite & tropos vestros vobis
habete.

XII. Credamus vero ubiq; Deo, nec repugnemus
Deo, etiamsi sensui & cogitationi nostræ absurdum vi-
deatur, quod dicit. Superet & sensum & rationem no-
stram sermo quæso ipsius: quod in omnibus, & præ-
cipuè in mysterijs faciamus, non illa, quæ ante nos jacent,

B

solum-

solummodo aspicientes, sed verba quoq; ejus tenentes. Nam verbis ejus defraudari non possumus; sensus vero noster, deceptu facilis est. Illa falsa esse non possunt, hic sæpius atq; sæpius fallitur. Quoniam ergo ille dixit; Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus: nulla teneamur ambiguitate, sed credamus, & oculis intellectus id perspiciamus, hortante Chrysost. hom. 53. in Mat. 26. & in eandem sententiam homil. 60. ad populum Antiochenum loquenti.

QUESTIO III.

An corpus Christi verum, ejusq; sanguis verus, vere ac realiter in Sacrosanctæ cænæ usu præsens adsit?

I. Existere post Cingulum, qui stylum & sermonem ita temperare & in flectere caperunt, ut præsentia corporis & sanguinis Christi in cænâ, assertores viderentur non postremi. Quis enim sano sensu hæc non acceptaret, quæ Bucanus habet in instit. loco 48. quest. 81, ubi, cum querit, quanam sit res significata cænæ Domini? Sic respondet: ipse Christus, cum omnibus suis beneficijs. & post lineam. Neq; enim τὸν ἐνεργείας duntaxat, seu beneficiorum & donorum Christi, sed τὸν ἰσχυρὸν vivifici corporis Christi, reddimur in cænâ domini participes. Eadem habet Calvinus l. 4. instit. c. 17. sect. 11. Hinc alij ad ravim usq; clamitant adversum nos: Quid? an extenuamus Sacramentum? nihil minus. Est enim nobis vivum Spiritus S. organon, non significativum tantum, ut falsò nobis affingitis, sed effectivum, fidei confirmativum, exhibitivum donorum Spiritualium. Imo pane Eucharistico, ipsissimum Christi corpus, exhiberi in cænâ, dicimus, concedimus, credimus; & quæ sunt alia, hujus generis pigmenta, quibus causam suam expoliunt, plebecula vero miseræ, palpum obrudunt.

Si

II. Si enim res, ut par est, ad vivum refecetur, omnem
Sacramentis medullam exugunt, quantum in ipsis.

III. Audiamus illos de hoc, uno ore, uno calamo, commune suf-
fragium ferentes. Sic Uldaricus Cinglius, in Apolog. ad versus
sermonem Lutheri, fol. 371. Verbis illis, inquit, Hoc est corpus
meum, NIHIL nobis promissum est. Sic idem Bucanus, quem
pauculis lineis interjectis, splendide satis loquentem adduximus,
unicâ paginâ vix interjectâ, quod ante dederat, hic aufert. Cor-
pus, (inquit ibidem, quasi. 79.) & sanguis Christi, intellectu-
aliter, & vñōs, consideranda, in his mysterijs proponuntur, &
menti, non corpori, fidei, non sensibus; mente quoq;, & SOLA
fide, sumenda prabentur. Audiamus aphorismum Danaei in
epist. ad D. Selneccerum: En tibi, inquit, sententiam nostram,
grâdiusculis descriptâ literis, Christum in cæna, corpore suo,
à signis tam esse remotum, quam cælum ipsum à terrâ est.
In eandem sententiam vide plura apud BeZam Vol. 1. fol. 208. &
Volum. 11. fol. 248. & apud alios.

IV. Missis autem eorum λεπτολογίαις, antequam ad θεσπιας
confirmationem accedamus, rem altius aliquanto deducemus, &
que sit γνησιος, Luteranorum, vera, constans, & perpetua, de
propositâ questione, sententia, brevibus exponemus.

V. Afferimus ergo, vi verborû à Christo in hujus sacramenti in-
stitutione usurpatorum, materiam sive substantiam ejus esse gemi-
nam, Terrenam & Cælestem. Terrenam panem, quam Salva-
tor instituens cænam, accepit, fregit distribuit; & vinum quod
sumpsit, ac ad bibendum discipulis porrexit. Cælestem vero,
quando hunc ipsum panem & vinum, suum corpus, suumq;
sanguinem esse, & quidem illud corpus, quod traditum pro nobis,
& illum sanguinem, qui effusus est pro nobis, dilucide testatus est.

VI. Quarum duarum Essentialium partium, ea est natura
& conditio, ut non qualibet ipsarum, seorsim sine altera, sacra-
mentum hoc constituat: Sed semper utraq; simul, presentissimè

juncta & unita, (unione non physica, non ομελυν & significati-
ua, neq; etiam personali, sed mystica & Sacramentali, unde post-
modum Sacramentales. predicationes oriuntur) nomen & sub-
stantiam Sacramenti hujus obtineat.

VII. Ex quo sic infert Formula concordia: credimus, do-
cemus, ac confitemur, quod in caenâ Domini corpus & sanguis
Christi, verè & substantialiter sint presentia: & quod unâ cum
pane & vino, verè distribuantur. atq; sumantur.

VIII. Presentiâ tamen non physica, sed Mysticâ, quam ut
tantò magis confirmarent, & felicius explicarent, B. Lutherus,
& qui eum sequuntur, usi sunt phrasibus: IN, CVM, & SVB pane
corpus Christi adesse, item Naturale, & Substantiale Christi cor-
pus, verè, Substantialiter, imo corporaliter adesse.

IX. Quas voces cum virulenter admodum sugillant &
exagitent, inq; per versam sententiam torqueant adversarij, bre-
vibus ea explicanda sunt.

X. Et primum, quod voculas IN, SVB, & CVM attinet,
sciendum, 1. illas non à nostris excogitatas, sed ab orthodoxis &
veteris Ecclesie scriptoribus, primum esse usurpatas, abq; ijs, sa-
nos subsequentes Doctores, mutuas sumpsisse, ita tamen, 2. ut illa-
rum hac usurpatio, ex ipso scriptura sacra. meditullio, rectissime
commonstrari possit.

XI. Annon enim, quemadmodum scriptura, propositionem
de incarnatione τὸ ῥῆς: Verbum caro factum est, Job: 1.
v. 14. Sic explicat, quod IN assumptâ carne, tota plenitudo di-
vinitatis, corporaliter habitet, Coloss: 2. v. 9. Item; Verbum
habitavit IN nobis, Deus erat CUM Meo, Actorum 10. v. 38.
v. 38: idq; propter personalem unionem, neq; tamen inibi quic-
quam verberum proprietati derogatur, neq; particulis illis localis
inclusio docetur: ita hic, propter unionem Sacramentalem, cor-
pus Christi, IN, CUM & SUB pane esse dicamus? cum diversa
utroiq; res uniantur; Illic, quidem duæ natura, hic vero, panis
& corpus Christi, vinum & sanguis Christi.

Neq;

XII. *Neg, sine gravissimis causis hisce vocibus utimur.*
Retinemus enim illas, ne quis vel Transubstantiationis, vel Cōsubstantiationis, sive localis inclusionis, corporis & sanguinis Christi, in pane & vino, tanquam in subjecto aut continente, nos accuset. Nam cum duas res, corpus Christi, & panem verum, sanguinem Christi, & vinum verum, in sacra cena esse statuimus, & unam IN, CVM, & SVB altera; quilibet certè, cui ingenium non claudicat, intelligit, nullam nos μεταβάλλω vel ἀλλοιωῶ introduce-re. Sic & consubstantiationis figmentum, quod adversarij per insignem calumniam nobis affricare satagunt, hisce vocibus declinamus. 2. Retinemus hasce particulas, IN CVM, & SVB, (ubi tamen nota, nos mediā illā, CVM, non adverbialiter, sensu Calvinistico, pro QUANDO, sed prepositionaliter, & adverbialiter sensu Orthodoxo, uti) ut propositionem hanc Christi: Hoc est corpus meum, quam adversarij predicationibus figuratis an numerant, à tropo vindicemus & liberemus.

XIII. *Faceessant itaq, & conticescant adversarij, dum propter usum harum vocum, localem & physicam inclusionem corporis Christi in pane, nos docere calumniantur, ac si ἀδύνατος sibi invicem essent hæc connexa: In & cum pane datur nobis corpus Christi, E. locali & physico modo includitur pani. Atq, hæc de particulis, in, cum, & sub.*

XIV. *Idem de adverbijis his: Substantialiter, Essentialiter, Corporaliter, judicium esto. Non enim simpliciter per particulas illas modum, vel presentiam, vel manducationis; quem, ut corporalem, essentialem aut substantialem esse ipsi negamus: Sic eundem mysticum, imperscrutabilem, inexplicabilem, & soli Dei potentia reservandum, credimus, docemus, confitemur: Sed Calvinianorum ἐκχλιῶν, imaginariam, typicam παρουσίαν seu presentiam, his vocibus expugnare, & ipsam corporis Christi in cena, substantiam, communicari docere volumus.*

XV. *Pro quâ reali, ac vera corporis Christi in cena presentia, qua.*

Etia, qua fudes est in aduersariorum oculis, nos sic argumentamur:
1. Quicquid Salvator noster Christus Jesus, in illa nocte qua
tradebatur, discipulis suis ad mensam sedentibus, dedit, & illos
manducare ac bibere iussit, illud verè illis exhibuit, & vi prima
institutionis, adhuc nobis in usu cæna hujus legitimo, verè exhi-
bet: Absit enim, ut statuamus, Christum aliud verbis
prolocutum esse aliud vero intellexisse. Atqui Christus ius-
sit Apostolos accipere & manducare suum corpus, dum inquit:
HOC (quod videlicet ad manducandum vobis porrigo) est cor-
pus meum, Ergò manet, Christum exhibuisse corpus suum verè
presens, idemq; verè presentissimum hodie exhiberi. Non e-
nim pronomen deus HOC, nudum duntaxat panem, sub suo
complexu continere, fingi potest, nisi propositionem hanc: Hoc
est corpus meum, mandato huic, Accipite, comedite additam,
ambiguam & falsam esse quis blasphemare volet.

XVI. 2. Illud corpus, Salvator noster, accipere & man-
ducare jubet, in cæna sua, quod pro nobis crucifixum ac in mor-
tem traditum est. Atqui non figura corporis Christi est cruci-
fixa, non virtus aut *εναργεια* aliqua, sed ipsissimum ac verum
Christi corpus, est pro nobis crucifixum, ac in mortem traditum.
E. Assumptum patet ex verbis institutionis: Hoc est, inquit
Christus, corpus meum, quod pro vobis TRADITUR Luc. 22. v. 19.

XVII. 3. Si Sacramenti integritas, constat, non ex unâ sed
utrâq; parte constituyente, eâq; presentissimâ, signo nimirum & si-
gnato, consequens erit, non tantum signum, panem nempe &
vinum: sed etiam signatum, seu rem signatam, corpus scilicet ac
sanguinem Christi, vere ac realiter presentem esse. Talis enim
est unio, harum duarum rerum in Sacra Cæna, cælestis & ter-
restris, ut unâ presente & exhibitâ, simul altera quoq; adsit &
exhibeatur. Sic in Baptismate Christi, Joh. 1. v. 32. Luc. 3. v. 22
visâ columbâ: Johannes pronunciat, se vidisse Spiritum S. unio-
nem indicans, columbâ & Spiritus, non *ωμολω* aut significati-
vam.

vam, sed veram & realem, ita, ut cum & in illâ specie visibili
columba, verè præsens adesset Spiritus Sanctus. Atqui verum
est prius, Sacramentum hoc, constat non unâ, sed utrâq; parte,
idq; præsentia realissimâ. Negas! reclamabunt institutionis
verba, quæ usq; adeo necessariò requiri docent, partis utriusq;
voluntatis, terrenæ & cælestis, præsentiam, ut, verè affirmare
liceat; Hoc, quod cum pane & vino, seu mediante pane &
vino, in cænâ hæc, manducatur & bibitur, esse ipsius Christi
corpus pro nobis in mortem traditum, & ipsissimum Christi san-
guinem, pro nobis, in remissionem peccatorum effusum. Et que-
so te, si nuda signa, elementa nuda, panis & vinum, absolvunt
& constituunt, sacramentum hoc: quid obstat, quo minus
in quo vis convivio, sacramentum hoc peragipossit, cum nuppiam
non comestus panis, vinumq; haustum, signa absentis corporis &
sanguinis Christi esse possint? Stat ergo conclusionis firmitas, non
tantum signum, sed Rem quoq; signatam, corpus scilicet ac sanguinem
Christi, in cænâ præsentem esse.

XVIII. 4. Si, qui rei sunt, corporis & sanguinis Christi,
ideo rei sunt, quia non dijudicant corpus Christi, omnino corpus
Christi in cænâ adesse, & manducari necessum est. At prius
verum, vi paragraphi paulini 1. Cor. 11. v. 29. E. & postèrius.
Consecutio. Cum enim reatus ratio & causa quaritur, respon-
det Apostolus, non quia panem non dijudicat, sed quia CORPUS
DOMINI non dijudicat, quod si abesset à pane, in usu cænæ sa-
cræ legitimo, ut adversarij volunt, dijudicari quomodo possit?

XIX. 5. Quintum argumentum itidem eedem ex 1.
Cor. 10. v. 16. ubi doctor ille gentium Paulus, panemⁿ benedictum,
reservatum corporis Christi, & calicem benedictum, reservatum san-
guinis Christi esse, asserit. Quod cum ita sit, certe corpus &
sanguis Christi, à Symbolis illis, pane & vino, intervallo ali-
quo, in usu sacrae cænæ abesse nequeunt, sed præsentissimè adsint
necessum est. Neg, enim est, ut adversarij suum illum consu-

1417

itum $\nu\alpha\upsilon\kappa\upsilon\sigma\mu\omicron\nu$ oggerant; agi hic de $\nu\epsilon\iota\omega\nu\iota\alpha$ spirituali, (de qua Paulus 2. Cor. 13. v. 13. & in epist. ad Philemonem, v. 6.) qua fit per fidem, qua evolat in cælum, ibidemq; corpus Christi apprehendit, sicq; præsens sibi statuit. Principium enim hoc est fictitium; & de vera ac reali præsentia intellectum, falsissimum: fidei enim præsentia dicuntur omnia, solum ratione contemplationis, non realis existentia. Si enim fides, res absentes, facit verè presentes, verè præsens erit creatio mundi, incarnatio, passio Christi. Atqui prius verum, juxta adversarios, Ergo & posterius, passionem scil. Christi esse verè præsentem. Conclusio absurda, passio enim nullo modo est præsens: credimus quippe, Christum passum, non patientem: imo ipsa passio, (loquor autem de passione Christi propriâ, quam in cruce pro peccatis nostris sustinuit, in proprio & naturali suo corpore, non de passionibus appropriatis, quas non in suâ experitur carne, sed in sanctis, in quibus habitat, de quibus Coloss. 4. v. 24.) non est amplius in rerum natura, si enim esset, esset in corpore Christi, cum non sit extra subjectum patiens. At hoc contra Paulum Rom. 6. v. 9. 10. De quo prolixius vide differentem, D.D. Mentzerum, in Resp. contra objectiones Martinij fol. 172. & 173. & D. D. Græverum in absurdis Calvinisticis. Art. de cæna Domini th. 34. 35. 36. & seqq.

XX. 6. Sextum argumentum, pro reali corporis & sanguinis Christi in cænâ præsentiâ, in discrimine V. & N. Testamenti positum est. Si enim in Sacramentis V. T. & sacrificijs, fuit sanguis typicus; Christi venturi sanguinem pro nobis effundendum, adumbrans: sequitur in Sacramentis Novi Testamenti, sanguinem Christi, non figurari, adumbrari amplius, sed verè adesse. At verum prius, Ergo & posterius. Assumptio ex Coloss. 2. v. 17. & cap. 10. ad Hebr. v. 1. manifesta est.

XXI. Cum ex ratione secundâ, de voluntate Testatoris constet, voluisse eum nobis in cænâ, manducandum porrigere,

corpus

corpus suum verum pro nobis traditum; Addimus septimò ipsius voluntati, ejusdem veracitatem Joh. 14. v. 6. Cum utraq; conjungimus ipsius potentiam. Est enim Christus, verus Deus, & verus homo, & secundū utramq; naturā omnipotens; is igitur, qui voluit in cenā nobis porrigere, verum suum corpus & sanguinē, veraciter, cum possit, id quod promisit, offeret.

XXI. Deniq; 8. accedit huc veneranda antiquitas, quam meritò sequimur, ubi illa Christum sequitur. Notus est apborismus Augustini: Hoc accipe in pane, quod pependit in cruce, hoc accipe in calice, quod ex Christi sanctissimo fluxit latere. Plura Patrum, in eandem sententiam, testimonia, vide si placet, in Refut. Orihodox. consensus, fol. 299. item, Fundam. Chemnitij c. 10. Reijcimus ergo, Calvinianorum dogma, de fidei presentia, de figuris, typis, symbolis, signisq;, quibus corpus Christi, reipsa absens, secundum suam opinionem, in cenā prefigurari ac significari docent, sicq; verbis Christi, omnem vim, veritatem omnem, derogant.

QUESTIO IV.

An manducatio & bibitio corporis & sanguinis Christi in cenā, fiat ore, an verò solū Fide?

I. Evidētā, in priori problemate, & vindicatā, reali corporis ac sanguinis in cenā presentia, ab omni d̄x̄oia specie: ut de Orali, sive Sacramentali manducatione corporis Christi in cenā agamus, consequens est. Et hic primam status controversia formandus est, ne cum larvis dimitemus: & ut technas & fraudes adversariorum falcius detegamus. Sicut enim in precedenti questione, physicam & localem Christi in pane presentiam & existentiam, nobis affingunt: ita hic quoq; ejusmodi manducationem nobis imputant, qua nihil à vulgari omnium ciborum manducatione physicā, differt. Unde postmodum nos creophagos,

C

Sarco-

*Sarcophagos, sanguisugas, Cyclopes, Capernaitas nominant,
& qui sunt alij modestia Calviniana flosculi.*

II. Sciendum itaq, vocabulum manducationis, tripliciter accipi, de physicâ, Sacramentali, & Spirituali manducatione. Physica, propria est panis; ita per se, & hâc naturali manducatione, substantiam panis in Eucharistâ manducari, extra controversiam est. Panis sanctificatus, (inquit Origenes in 15. Mat.) juxta id, quod habet materiale, in ventrem abit, & Aug. lib. 5. de Trinit. c. 10. Panis, ad hoc factus, in accipiendo sacramento consumitur.

IV. Spirituales manducatio, corporis Christi propria est & fit tantum fide, & proinde tam extra ejus usum fieri potest quam in ejus usu.

V. Sacramentalis est, quâ in actione cœna Dominica legitima, instrumento corporeo, ORE, (unde & oralis dicitur, propter instrumentum, quo peragitur, non propter modum) unâ cum pane, seu mediante pane Eucharistico, manducamus & bibimus, verum Christi corpus, verumq, ejus sanguinem, quamvis non physico & naturali modo, quemadmodum panem & vinum edimus ac bibimus, sed invisibili, ineffabili, supernaturali, & singulari, ita, ut plane nihil, manducatio hæc, cum physicâ commune habeat, præter unicum hoc, quod utraq, ore peragitur: Illa tamen, immediatè; Hæc vero, non nisi mediante pane & uino, & quidem in actione hujus Sacramenti, unde & Sacramentalis appellatur.

VI. His ita positis, rectè formari potest status controversiæ, hoc modo: An in actione Sacra Cœna, corpus Christi, manducetur physicâ, vel Sacramentali, vel tantum Spirituali manducatione? Prima manducatione corpus Christi manducari negamus: Tertiam, (quam solam agnoscunt Calviniani,) in credentibus, semper admittimus. Secunda seu Sacramentalis, in cœna hujus usurpatione perpetua est; omnibus, eâ secundum Christi institutum usurpantibus, communis: hinc asserimus & iterum;

iterum atq; iterum pronunciamus, quod in actione caena Domi-
nica legitimâ, instrumento corporeo, ORE, mediante pane & vi-
no Eucharistico, manducemus & bibamus, corpus ac sanguinem
Christi verum.

VII. Fundamenta, quibus eam astruimus, hæc sunt :
1. Quicquid Christus in sacra caena, verbis propriè significanti-
bus, edere & bibere iussit, id corporis ore est percipiendum.
Constat enim & faciendum, quod Christus fieri iussit: & verbis
his, Edite, Bibite, secundum significatum eorum proprium, genui-
num & vernaculum, denotari nil aliud, quam actionem illam,
quâ cibum & potum corporis & sanguinis ore percipimus.
Atqui Christus corpus & sanguinem suum, in sacra caena,
verbis propriè significantibus, iussit manducare & bibere.
Ergo id ore corporis accipiendum. Assumptio, quæ τὸ κενομένον,
bimembris est. 1. Quod Christus corpus & sanguinem suum in
S. S. caena edere & bibere iusserit. 2. Quod istud verbis pro-
prijs expresserit. Posterius membrum in problemate secundo
sat probatum est, & cur denuò rationibus certemus? cur non
potius urgemus Tropodetalos, ut idoneas afferant rationes, ob
quas à nativo verborum Christi sensu sit deflectendum? Prius
membrum confirmo: Si verba hæc Christi: Accipite, comedite,
accipite, bibite, referenda sunt ad corpus & sanguinem Christi;
Christum corpus & sanguinem suum in S. caena ore manducare
ac bibere iussisse, consequens est. At verum prius, E. & poste-
rius. Connexum non negabit, nisi cerebro vacuum caput. As-
sumptio liquet. 1. Quia in omni oratione exhibitiva unica &
continua, (non enim membra illius orationis Christi, distinguun-
tur periodis, sed colis, id quod B. Lutherus rectè contra fanati-
cum Carolstadium observavit) quæ res duæ conjunctim sumenda,
exhibentur; verba exhibitiva, ad rem præcipuè sumendam, po-
tissimum sunt referenda. Vin exempla? cape ex multis, pauca.
Princeps, qui porrecto loculo, tibi dicit: Accipe hi sunt aurei

centum numquid jubet, ut centum istos aureos precipue auferas? Sic mater, qui monstrato infante, in cunis vagiente, dicit: Hoc est infans: numquid infantem precipue monstrat? Pharmacopaeus, qui pixide oblata, inquit: recipe hoc est Cinnamomum: numquid jubet, ut Cinnamomum precipue auferas? Sexcenta alia, occurrunt in quotidiano usu, exempla, quae quidem quoad modum conjunctionis, seu unionis differunt ab unione, quae est inter sacrata symbola, & corpus & sanguinem Dominicum, Modus enim conjunctionis seu unionis, ibi physicus est, & terrestris; hic vero, hyperphysicus, mysticus & caelestis: Modus tamen loquendi, est vulgaris, ac idem 2. Quia verba haec, Accipite, edite, bibite, ad pronomina illa subjuncta δευτερον, HOC & HIC, quibus nos, corpus & sanguinem dominicum, potissimum demonstrari, asserimus, sunt referenda, id quod & πωλεω orationis, planissime ostendit & orationis ejusmodi exhibitiva natura, evincit, ut verba exhibitiva, ad subjunctam particulam demonstrativam referantur. E.g. si quis porrecto Cantbaro, tibi dicat: Accipe, bibe: Hoc est Rhenanum vinum. Ubi, etsi Cantbarus, quo mediante, vinum exhibetur, quoque sit apprehendendus: attamen ad particulam δευτερον, verba illa referenda esse, ex verbo apposito, bibe, satis apparet.

VIII. II. Quae in eodem Sacramento, & in eadem actione, unita sunt sacramentaliter, nec ullo modo dirimuntur; illa, in quantum unita sunt, si percipiuntur, eodem organo percipiuntur, quamvis diversa ratione. Atqui panis & corpus Christi, in eodem Sacramento Eucharistico, & in eadem caena sacra actione, unum sunt sacramentaliter, nec ullo modo, in actione Eucharistica dirimuntur: Panis enim est, Sacramentali, vera, ac reali ratione, ipsum Christi corpus, Ergo panis & corpus Christi, in quantum unita sunt, eodem accipiuntur organo, quamvis λυψεως τερον diverso. Subsumo. Atqui panis Eucharisticus, ORE percipitur: Ergo etiam corpus Christi quia sacramentaliter unitum est, illi pani, ORE sumitur. Accedit

IX. III. Accedit Orthodoxa antiquitas qua per omnia nobiscum consentit, de quo vide D. Chemnitium, in Fundamentis cœna. Sufficiat nobis, unus Chrysostronus, hom. 29. in 2 ad Cor. Etenim, inquit, non vulgarem honorem consecutum est OS nostrum, accipiens corpus Dominicum.

X. Pascant itaq, se suis nugis, ut volent, adversarij, negent oralem, eiq, supponant spiritualem corporis ac sanguinis Christi in cœna manducationem & bibitionem, contra clara verba, contra mentem Christi testatoris claram, & contra tam praclara, S. scriptura & veterum suffragia, quibus nos adharebimus, neq, ab ijs nos divelli patiemur.

QUÆSTIO V.

An indigni in sacra cœna, manducent verum corpus Domini, & bibant verum ipsius sanguinem?

I. Negativam defendunt Calviniani. Quidam indignos, nuda tantum symbola, panem nempe & vinum, non verò etiam ipsum corpus & sanguinem Christi, (quæ tamen ipsa, respectu dignorum, tantum οὐκ ἔχοντες, non verò realiter ac verè ex hypothesis illorum, adsunt) in cœna accipere ajunt, Beza super text. 1. Cor. 11. v. 27. Huic succenturiatus Piscator idem affirmat, Volum. 2. loc. 16. tb. 15. Alij Sacramentum corporis & sanguinis Christi illos edere ac bibere, concedunt, non autem ipsam rem Sacramenti, seu corpus & sanguinem, Musculus in locis pag. 381. Beza in coll. Mompel. pag. mibi 116. sententiam suam de problemate hoc, intricate admodum profert: Impijs, inquit, præbetur quidem Christi corpus, sed ab illis non recipitur. Dansus in Resp. p. 122. indignos, dimidium tantum Sacramentum sumere ait, pœnitentes autem integrum sacramentum.

II. Antequàm verà & orthodoxã, de controversiã hæc, exponamus sententiam, attendendum erit, quinam propriè digni, & indigni vocentur. dignos nominamus verè pœnitentes, seu qui seipsos pro-

bant, secundum admonitionem Pauli, 2 Corinthios. 13. versu 5. vel, qui peccata sua agnoscunt, de agnitis dolent & per fidem ad thronum gratia confugiunt, cum pio proposito vitam emendandi. Indigni contra sunt, non qui infirmâ fide sunt preediti: (nam propter infirmos in fide, pœnitentes tamen, Sacramentum hoc potissimum institutum est, ut inde confirmationem fidei suæ fluctuantis petant) sed increduli, impœnitentes & hypocrita qui sine vera fide, sine verâ pœnitentiâ, & sine bono vitam emendandi proposito, mensam hanc sacratissimam accedunt. De his nos dicimus, quod in sacra cenâ, cum pane, verum corpus, & cum vino, verum Christi sanguinem accipiant, ratione essentia, non ratione salutaris Efficacia, moti hisce, ex officina Spiritus S. depromptis fundamentis.

III. I. Primum desumimus, ex 1. Cor. 11. v. 27. & 29. ex quo loco sic argumentamur: Aut oritur iudicium, siue pœna, quam incurrunt indigni, ex indignâ manducatione & bibitione solius panis, & vini Elementaris: vel oritur ex ipsâ corporis ac sanguinis Christi bibitione indignâ. Divisio perfecta est; tertius etenim respectus, præter duos hosce dari nequit. Non prius. Disertè enim affirmat Apostolus, dicto loco, causam hujus iudicij, in eo sitam esse, quod ab indignis istis, non discernatur, non panis, non vinum, sed CORPUS DOMINI, & quod hoc fiat per indignam manducationem illius rei, quæ non discernitur, nempe corporis Christi. Relinquitur ergo posterius, reatum scil: illum, ex indignâ manducatione & bibitione CORPORIS ac SANGUINIS Christi aboriri.

IV. II. Si indigni, non ipsum corpus & sanguinem Domini percipiunt, sed tantum nuda elementa, sequitur, hominum incredulitatem, fidem Dei evacuare, item, vitam malam, aut intentionem perversam Sacramentum violare, integritatem sacramenti hujus à dignitate, vel indignitate accipientis pendere, non verò ab autoritate, veritate, majestate, & omnipotentia Christi ordinan-

ordinantis & instituentis. At haec omnia, scriptura sacra canoni
expresse reclamāt, Paulo, Rom. 3 v. 3. 2. Tim. 2. v. 3. & verbis Chri-
sti Salvatoris: Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus: item
Bibite ex hoc omnes, &.


V. III. Huc referri poterunt testimonia patrum sat multa.
Salus inquit August. lib. 17. de Baptis. propria est bonis: Sacra-
menta, communia bonis & malis. Item libri contra Fulgentium
Donatistam, cap. 7. Judas proditor, bonum Christi corpus, &
Simon Magus, bonum Baptisma Christi percepit, sed quia bono,
bene non sunt usi, male utendo, deleti sunt. Concludimus ergo,
sum eodem August. lib. 3. cap. 14. contra Donat. Non interest,
cum de integritate & sanctitate Sacramenti tractatur, quid cre-
dat, aut quā fide imbutus sit ille, qui accepit Sacramentum. Inter-
est quidem plurimum ad salutis viam, sed ad Sacramenti quæstio-
nem nihil interest. Et cum D. Bernbardo, text. 2. de cæna Dom.
p. 259. Sacramentum igitur verum accipiunt (indigni) sed Ef-
fentiā, non salutarī efficientiā. Atq; tantum in præsentia delibare
placuit, de summo hoc, & consolationis plenissimo religionis arti-
culo. Ipse Dominus noster Iesus Christus, & DEus ac pater no-
ster, qui dilexit nos, & dedit consolationem aternam, & spem
bonam in gratiā: consoletur corda nostra, & confirmet nos, in
omni opere & sermone bono, 2. Theß. 2. v. 17.

COROLLARIA.

I. Non sunt audiendi, qui ritum fractionis panis, vi-
olenter & intempestivè, & citra causam justam ullam, in
Ecclesiam invēhunt, illumq; partem administrationis cœ-
næ legitimæ, primariam & necessariam constituunt, ita, ut
sine eo, legitimè Sacramentū cœnæ administrari nequeat.

II. Neq; illi, qui panem, quem in cænā in Ecclesijs
nostris adhibemus, non verum, sed spumam panis appel-
litant.

III. Deniq; nec ij, qui infantibus cœnam porrigen-
dam, esse docent.



ANDREÆ STALIO
S U O.


NUnquam falsa sonant, verum est, vox
enthea, veri
Cœlestes, Vatum scripta vetusta, libri.
Vera nova, verum est, sunt sancta oracula
legis,


Qua vox immoti sancijt aqua DEI.
Hac sint vera, DEVS vel verus non erit ipse;
Verus at est, CHRISTI vox quoq, vera
DEI.

Ergo tibi, ANDREA, maneat in secula
verum,

Qui Credit, CHRISTI sorte beatus
erit.

MARTINVS PORSAEVS
P. L. C.





ordinantis & instituentis. At hac omnia, scilicet
expressè reclamât, Paulo, Rom. 3. v. 2. Tim. 2.
fili Salvatoris: Hoc est corpus meum, hic est
Bibite ex hoc omnes, &.


V. III. Huc referri poterunt testimonia
Salus inquit August. lib. 17. de Baptis. propri-
menta, communia bonis & malis. Item libri
Donatistam, cap. 7. Judas proditor, bonum
Simon Magus, bonum Baptisma Christi per
benè non sunt usi, malè utendo, deleti sunt.
cum eodem August. lib. 3. cap. 14. contra Do-
cum de integritate & sanctitate Sacramenti
dat, aut quâ fide imbutus sit ille, qui accepit. Sed
est quidem plurimum ad salutis viam, sed ad
nem nihil interest. Et cum D. Bernbardo, to-
p. 259. Sacramentum igitur verum accipiu-
sentiâ, non saluari efficientiâ. Atq; tantum
placuit, de summo hoc, & consolationis pleni-
culo. Ipse Dominus noster Iesus Christus, &
ster, qui dilexit nos, & dedit consolationem
bonam in gratiâ: consoletur corda nostra,
omni opere & sermone bono, 2. Thess. 2. v. 1.

COROLLARIA..

I. Non sunt audiendi, qui ritum fra-
lenter & intempestivè, & citra causam
Ecclesiam invehunt, illumq; partem ad-
næ legitimæ, primariam & necessariam
sine eo, legitimè Sacramentū cœnæ admi-

II. Neq; illi, qui panem, quem in
nostris adhibemus, non verum, sed spu-
litant.

III. Deniq; nec ij, qui infantibus
dam, esse docent..



canoni
Chri-
item

multa.

Sacra-

ntium

is, &

i bono,

s ergo,

rest,

id. cre-

Inter-

uastio-

Dom.

sed Ef-

elibare

is arti-

ter no-

& spem

nos, in

s, viõ-

m, in

is cœ-

ita, ut

queat.

clesijs

appel-

igen-